

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Wilhelm Petersen Michael Freud

**Heerbordus Expensus, seu Disputatio Philosophica, In qua Hypotheses, ab
Heerbordo propugnatae, De Incommunicabilitate Propriorum, Examinantur &
refutantur**

Rostochii: Richelius, 1672

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730583023>

Druck Freier  Zugang



Ru phil 1672
Johann Wilhelm Petersen
Michael Freid



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730583023/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730583023/phys_0002)

DFG

HEERBORDUS EXPENSUS,

DISPUTATIO ^{sc̄} PHILOSOPHICA,

In qvā

Hypotheses, ab Heerbordō

propugnatæ,

DE

INCOMMUNICABI- LITATE PROPRIORUM,

Examinantur & refutantur:

Adspirante DĒO Ter-Opt. Max.

Indul tu Nobilissimæ Facult. Philos. in illustri Rostochianâ,

PRÆSIDE

M. JOANNE WILHELMO
PETERSEN,

Lubecensi,

Publicæ Eruditorum ventilationi in Auditorio
Majori a. d. XIV. Sept.

submitte

MICHAEL Freud/

Mecleburgicus,

A. & R.



ROSTOCHII, Typis JACOBI RICHELII, Senat. Typograph.
Anno clo I^oc LXXII,





Ovent nos verba tua, Heerborde, que in volum.
§ 1. disp. sel. d. 31. in fine adduxisti. Quare illa com-
municatio proprii unius subjecti ad subjectum specie
diversum merum est figuratum, ad erroris in rebus
gravissimis defensionem excoxitatum. Movent & il-
la, Disp. IV. Vol. II. §. 5. ubi & questionem: an
proprium alteri, specie diverso, in quō non est,
communicari possit? respondes, planè non pos-
se, ne quidem per omnipotentiam divinam. Movent
& illa volum. II. Disp. 39. § 10. ubi asseritur, o-
mnipotentiam Dei non posse communicari ulli creatura, ne humana qu. natura
in Christo. Movent & ista, in Instit. Log. super Antecessoris tui Franconis
Burgersdij Synop. L. l. i. c. 19. quæst. VII. Non est idiomatum i. e. proprietatum
communicatio realis, qua attributum unius nature transat in naturam alteram;
sed communicatio tantum est verbalis, quæ fundamentum habet in articuli-
mâ unione istarum duarum naturarum.

§ 2. Dispiciemus igitur hypotheses illas, & rationes adductas bre-
viter examinabimus. Sine phaleris autem & morsu rem aggredimur, nec
Areatalogum acturi, nec Theonem, præsuppositis iis, quæ de propriâ, & com-
municatione dici possent, & communiter à Nostratis Dnn. Schrödero,
Scheiblero, J. Martino (quos altò supercilio & sarcasmo l. c. p. 115. Ubi-
quitas humanæ Christi naturæ esse patronos, & modo dictis DD. in de-
dicatione præfixâ Seminario Job. Henr. Bisterfeldij Dn. Christ. Matthiae, &
Calovium addendo, illos nec ulterius sapere nec videre, quam Pontificios
Metaphysicos, edisseris) dicuntur & propugnantur.

§ 3. Remittis autem primò nos, Reformatæ, ad Disp. tuam IV. de
Prop. p. 20, ita argumentando: Si propria emanent ab essentia subjecti, & pro-
prietas ponî possit in aliò subjecto, etiam ipsum subjectum proprietatis in aliò sub-
jecto ponî debet. Consequentiam uti absurdam, ita & antecedens absurda
existimas. Verum absurditatem Consequentiae non videmus: Animæ e-
nam proprietatibus, facultate nimirum audiendi, videndi, sentiendi,
communicatis, quis neget ipsam animam communicari? Quis negat,
communicatà essentiâ Patris, simul etiam proprietates filio communica-

ti & contrà. Sic concedimus etiam Goelenio tuo, proprietatibus H. Christi Naturæ datis, simul ipsam essentiam, ipsam hypostasim & λόγον esse collatam. Exemplum verò, quod addis: Quantitate communicatâ, simul communicari corpus ipsi spiritui, cui tamen corporeitas repugnet, incongruum est. Sicuti enim in questione, an eorum, quæ sint τεύχη, communicatō uno, communicetur statim alterum, varia notamus, præferrim hanc cautelam ponimus, communicari equidem alterum, ni receptum destruat esse receptivi: Ita etiam hīc majori jure dicimus, non quodvis posse cu*vias* communicari, repugnat enim, ut inferius superiori aliquid largiatur, & quidem tali superiori, quod omne materialū à se respuit, quod non est subjectum patiens, in quod nullum materialum agere potest. Sic in communicatione reali duo sunt ponderanda, δόρε & λῆψις, communicans, & quod communicationem accipit. Illud est subjectum nobilius, cuius est dare; hoc ignobilius, cuius accipere, ut exemplō ignis, qui, nobilior ferro, proprietates ferri non assumit, ut fiat vel niger, vel frigidus, sed suas potius proprietates subjecto passivo communicat, adeò, ut ferrum equidem possit dici ignitum, non verò ignis ferreus. Eodem jam modō anima nostra, tanquam nobilior, potest corpori communicare vitam, imo omnes suas facultates, secundum communem possessionem; non verò contrà corpus animæ suam corporeitatem, quantitatem, visibilitatem communicat. Ita λόγος, tanquam ens nobilius, communicat carni sue omnia idiomata (hinc possidet illa humana natura, licet non omnia usurpet) non verò contrà caro infinito λόγο finitatem, summè spirituali corporeitatem largiri potest; quod erat demonstrandum. vid. Haberk. tr. de Pers. Christi ubi simile de sole, & Principe hanc in rem egregiè ex Damasco adserit p. 93, 94.

§. 4. Pergis, & argumentum contra nos figis tale: omne, quod communicatur, est commune. Atqui proprium (ex hypothesi nostrâ) communicatur. E. proprium est commune. Resp. κατ' αὐτὸν substituendo; atqui proprium ex Hypothesi Heerbordiana communicatur, quia Disp. 31. Vol. 1. p. 117. dicitur, propria generum posse communicari speciebus; propria specierum posse communicari individuis. E. proprium est commune. Reponeres equidem cum Goelenio tuo Inst. Log. l. i. c. 8 p. 163. genus non esse aliud à speciebus, & speciem non esse aliam à suis individuis, hinc etiam communicationem hanc priorum generis ad speciem

em, & speciei ad individua non esse ut ad rem aliam à se diversam, sed ut eandem secundum naturā. Verum regero. 1. licet hīc sit intimior ratio communicationis, interim tamen reverā communicaatur. & communicari possunt propria, quod vos negatis, dum, nullum proprium sine contradictione communicari posse, profitemini. 2. Sufficit, hāc ipsā instantiā ostendisse, majoris universalitatem labascere, quam tamen illimitatē contra nos fabricāras. 3. Distinguimus hīc inter κοινωνίαν & inter κοινόν. Proprium cūm communicatur, non desinit esse proprium. Fit quidem κοινωνία, non verò κοινόν. Communicatur equidem, ut loquar cum Andr. Frommen, non tamen per modum accidentis communis, quod Keckermannus ipse, velit, nolit, fatetur. lib. 2. Gymnas. Log. c. 2. dum dicit, posse Accidens proprium communicari, ita tamen, ut uni primo subiecto permaneat proprium. Homogenea habet Goclenius tuus Inst. Log. l. 1. c. 8. p. 162. Fieri nequit, ut πρώτως, hoc est, primō, pluribus sit communicabile proprium. Intelligitur ergo proprium secundariō communicabile esse pluribus. Quod ipsum observandum putamus, ne porto nobis impansas Heerborde, quod facis Vol. 1. disp. 31. p. 116. falsō nos nisi fundamentō, quasi illa unita vi unionis unum faciant, & siant subjectum commune accidentium proprietatum utriusq; extremi, quod unitur. 4. Limitamus majorem tali modo: Quicquid communicatur, vel communicari potest ita, ut communicato insit πρώτως, subjectivē, radicaliter, illud est, & sit commune. Et sic negatur Minor, ubi proprium unius nequit esse, aut fieri proprium alterius; proprium enim est, quod uni, soli convenit, primō, & per se, si ergo evadet proprium alterius, id quod uni convenit, soli primō, & per se, alteri quoq; conveniret primō & per se: quod implicaret. Proprium itaque unius non sit proprium alterius, uti in exemplō ignis, qui communicat calorē aquæ, salvā tamen manente aquæ essentiā. Hinc etiā expressè hanc parenthesin & limitationem Axiomati huic: Quæ easdem habent proprietates (tanquam proprietates s. secundūm eundem modum) eadem habent essentiam, addimus, ne amplius detur cavillandi occasio, & subsumendi: Atqui Divina & Humana Christi Natura habent easdem proprietates, assertā Idiomatum κοινωνία, ergo sunt ejusdem essentiae: vid. Da. Calov. Met. Div. p. 623. & Albert. Grauer. Polem. sacr. c. II. de Union. Pers. p. 101. Aliud enim profectō est, aliquid habere, aliud, aliquid esse alterius proprium, scū habere aliquid ut proprium: Aliud est: aliquid alicui reverā

petere, aliud, aliquid alicujus esse proprium. Argumentum, Heerborde, quod subjungis, miserum est, & suâ novitate Africanum, id est, monstrorum. Nullum proprium, ait, est commune, quia sunt opposita. Quoddam proprium est commune, minorem dicis esse veram ex hypothesi adversa partis. Conclidis, quasi erucem omnibus Lutheranis posuisses, Ergo quoddam proprium non est proprium, quæ est contradic̄tio in adjecto. Parcius autem sequentia profer p. 20. videant ergo adversarij, quomodo Deum & se à contradictione liberent. Imo vide, quomodo te ab impietate, Deum ab impotentiâ liberes, dum nulla communicata idiomata divina humanæ Christi naturæ mordicus cum asseclis tuis propugnas. Vide, ne amplius in re seriā ludas, & pro tribus in syllogismo terminis duos ponas.

S. 5. Ne vero in re seriā ludere videaris, Batave, sententiam tuam juramentō comprobas, & Profecto, ait, si proprium unius subjecti, sive uniti sive non uniti possit communicari subjecto alteri specie, & quia specie, etiam numerō, diverso, poterit una numero forma duas numero materias informare, &c. At, bene est, quod adversarios, (quos interdū quidā ex grege vestrum fratres appellant) reponere asseras, esse proprium in uno per se, in alio participative, quæ sane distinctio non fumus aut fucus est ad occultandam veritatem inventus, cuius criminis nos falso reos agis, sed fundata in re ipsa, sed murus aheneus, contra quem insultus vestri nihil valebunt. Insistis autem argumentando: ubi est Idem subjectum simpliciter, ibi idem est modus inessendi subjecto, & consequenter idem modus prædicandi. At vero hic diversus modus prædicandi, quando dico, ignis urit, & ferrum ignitum urit. Ergo, cum dico ignis urit est prædicatio per se, ferrum ignitum urit, est prædicatio per accidens seu per aliud. Sed hoc nemo negat, aliam esse prædicationem, quæ necessariò alia esse debet, quia non eodem modo utriq; inest, uni primariò, subjective, alteri participative, secundariò. Connexio igitur majoris relinquitur falsissima. Sic idem subjectum tota persona, tota universitas cum omnibus Idiomatibus Humanæ Christi Naturæ est communicata, non tamen statim prædicationem in divinis debo formare tales: Sicuti divina Naturæ est immensa, eterna, infinita, ita & humana; sicuti in humanis etiam non valet. Anima est spiritualis, immortalis, invisibilis, ergo & corpus. Verissima equidem est illa Logitorum Regula: Dici de aliquo, requirit inesse, non tamen eodem modo seu æqualiter illis inest, verum alterum καὶ φύσις, ἀπίστως, alteri καὶ ἔργον, εἴμεστως mediante scilicet ὑποκειμένῳ πρότερῳ. Modum

Modum itaq; essendi sequitur modus praedicandi, cum jam modus essen-
di s. communicandi non sit subjectiva factus Humanæ Chr. N. nec cor-
pori humano, ita nec subjectiva emergit praedicatio.

§. 6. Dum communicationem ferro ab igne factam negas, Heer-
borde, nihil agis, nisi quod $\chi\pi\tau\varphi\omega\tau\alpha$ tuam declares. Quid enim? quan-
do ignis manum calefacit, nonne ibi ignis & manus uniuntur? quis hoc
neget? quis diffitebitur, ignis propria revera ligno, validius tamen fer-
ro communicari? cui tamen non solùm contradicis Vol. I. Diff. 31. ve-
rum etiam in Inst. Log. p. 89. distinguis inter communicationem, & effectio-
nem, seu inter communicationem effectivam, & subjectivam. Imo planè fal-
sam communicationis descriptionem ponis, id nempe propriè communica-
ti, quod subjectum, in quò est, deserit, & in aliud, in quò non erat, transit. I. c.
p. 89. ex quò spuriō fundamento jam infers: cum igitur calor non deserat
ignem, quando ferrum reddit ignitum, sequitur, etiam ipsa propria fer-
ri non communicari. Mox aliud absurdum non modò adfers, nimi-
tum, omne proprium s. proprietatem esse accidens; sed etiam ex nostrâ
sententiâ sequi asseris, accidens migrare de subjecto in subjectum. Quæ
omnia ideo à te dicuntur, ut ipsam idiomatum communicationem,
H. C. Nat. factam, & à nostratis per ferrum unitum quodam-
modò adumbratam enerves, Calvinianamque Communicationem,
id est verbalem, obtrudas, quod patet ex conclusione, quam ipse
verbis clarissimis declaras: Hinc sequitur, ais, quod nulla detur realis
Communicatione Idiomatum sive proprietatum Nature divina in Humanam.
Breviter ad illa respondeo, 1. ignem, dum efficit ferrum calidum, simul
etiam seipsum cum proprietatibus suis communicare, ideoq; cadere istam
distinctionem. (2.) in definitione illâ communicationis confundi μετ-
εκβαντι cum communicatione κατὰ συρδύσειν, καὶ καθ' ἐπονη, in quâ
subjectum, in' quò proprium πεάτως est, non deserit, & tamen alteri
διελέγεται, mediante subjecto primario, κεχαριτόμερως seu per unionis gra-
tiam, secundum quandam possessionem communicatur. (3.) Omnes
proprietates si sunt accidentia, quid fieri de proprietatibus divinis, quæ
cum essentia divina sunt τινί? annae in Deo accidentia statuenda sunt?
(4.) hic accidens non migrat de subjecto in subjectum, cum ignis se to-
tum ferro cum omnibus suis proprietatibus communicet, & ita ferri
substantiam transeat: ex quâ tamen non sequi penetrationem corpo-
rum.

rum, quod Bellarminus nobis objectit, tam Philosophi, quam Theologi
dudum demonstrarunt. (5.) Etiam si in simili illo de ferro ignito, præter
hoc, quod utrumq; ferrum & ignis, propriæ gaudientur, item quod
non prædicetur, ferrum est ignis, sed ignitum, quod unio ferri & ignis sit
separabilis, multæ alia rationes dari possint, cum quibus unio hypotheti-
ca conferri nequeat; attamen nihil obstat, cur non etiam unionem
istam si non totaliter exprimat, commode tamen illustret, de quod in ipsò
conflictu, si dabitur occasio, conferemus. Interim argumentamur:
Quicquid ob unionem cum igne continet calorem alienum, & per calo-
rem ignis sit calidum, illi realiter communicatur calor ignis: Atqui fer-
rum, candens, aqua fervida, carbo & similia alia, ob unionem cum igne
continent calorem. Ergo ferro carenti, aquæ fervidæ, carboni aliis-
que similibus realiter communicatur ignis. Minor est ὁ Φιλοφα-
ρεγες clarissima, & n̄ quis credat, ex veteri Scholasticorum instituto, tam
diu manus ferro candeat, aqua fervida &c. ruitur & comburatur, donec
fateatur carbonem, aquam fervidam &c. non ureat. Major etiam sua
luce radiat, cum ille calor πεντε sit in igne, & idem pro rursus ob οὐρδιά-
στη, tribuatur ferro, aliisq; cum igne unitis, que propterea etiam calefa-
ciunt & rurunt: Sic cauterium ignitum imprimendo urit, & urendo facit im-
pressionem. Machæra ignita uredo incidit, & incidente urit, quod
tamen neutra natura ignis aut ferri per se sine altera præstare potest.
Jam vero unio actionum presupponit communionem proprietatum & naturarum.
Eadem ferme habet magnus Danhauerus in Hodom. Spiritus Calvinisticus
Phantaſ. VIII p. 1583 ubi Combachium refutando tale dilemma s. disjun-
ctum ponit; Hæc præpositio: ferrum est ignitum; aut falsa est aut vera, si
falsa, experientia vim feceris; si vera, rationi, cuius axioma est, dici de ali-
quo requirere non inesse.

§. 7. Exemplum de animâ, quæ verè sua etiam idiomata carni
communicat, Reformate Adriane, pro Batavicō more tuō etiam reformas.
Verū res salva est, argumenta illa, quæ iterum ad nauseam hic repetis
p. 116. in ferro ignito sunt combusta. Succinctè dicimus, veram dari cor-
pori ab animâ proprietatum communicationem. Nec absurdum est, di-
cere, intellectum esse non minus in pedibus, quam in capite, cum ipsa anima
substantialiter toti corpori humano sit communicata. Scalig. Exerc. 307.
§. 37. Ex hâc communicatione sit, ut corpus vivat, moveatur, sentiat,
quod

quod non fieret, nisi anima semper esset illi conjuncta, à cuius ēnnelexiā perficitur & animatur. Illa ipsa igitur dūa p[er]it, quæ animæ est, corpori confert, ita tamen, ut animæ competat originaliter, ngl' aut[em], corpori vero ngl' adīo, mediatè, communicativè, sine ullâ etiam substantiarum illarum animæ & corporis confusione, abolitione, & exequatione, salvâ utriusque naturali differentiâ manente. Quæ omnia cum novarivis illâ divinâ Meisner. p. 1. Philos. Socr. sect. 1. q. 2. & Dn. Haberk. l. c. Excell. Dn. Siricinus in Decad. disp. Theolog. disp. de Filiō contulerunt.

§. 8. Non possum, quin notem verba tua, Vol. 1. select. disp. 31. in fine, itaq; ais, nec vita anima communicatur corpori, sed vero anima ex se in corpore producit aliam numero vitam, quæ est homini totius vita. Ex quo jam hoc mērūma deducis. Ex hisce liquet, perperam vulgo vocem Graciam οὐδύασιν, aut οὐδύαστην verti communicationem, cum tantum significet copulationem, quæ due partes ad unius compositi constitutionem copulantur: neq; unquam licet à οὐδύαστη fine οὐδύαστη argumētari ad novarivis. Resp. eum B. Danhaw. Hod. Sp. Calv. Phant. VIII. p. 1585. hoc esse illud ex novis Philosophiæ adytis præcipuum arcanum, potentiarum sc. vitalium. At potentia vitalis v. g. sensitiva, vegetativa primo ab anima emanat, quod appetet in generatione hominis, ubi anima in semine primò affundit vim plasticam, qua tanquam architecta sui domicilii organa instruit, ac perficit. Cui igitur primò convenit operari, eidem & primo convenit posse: Aque enim ab animâ fluit per naturalem resultantiam potentia sensitiva & vegetativa, ac potentia intelligendi, & que inseparabilis est, ac incorruptibilis. Porro, vel in homine unica est vita, vel geminata: si unica, quæro, in quo subiecto primo? incorpore dices? igitur corpus primò vivet ante animam, imo non erit antè viva, donec vitam à corpore accipiat: & tñr. in anima dices? quæro iterum, aut anima sibi soli vitam retineat, aut in sui communionem corpus trahat? Si illud, corpus non magis erit vivum, quam corpus ab Angelo assumptum. Si hoc, obtinetur communicatio idiomatis, quam quærimus. Non igitur diversa, & alia numero vita est animæ, alia corpori, quæ adstruis Heerborde, nec οὐδύασιν, aut οὐδύαστη significat, sensu scilicet Orthodoxo, (quamvis copulationis, & combinationis significationem sensu Philologico obtinere possit) talem, qualem vos singitis copulationem,

B

sed res

sed res ipsa, & quid per talē phrasin intelligamus, spectandum est nempe talis communicatio, quā propter unionem, & intimam περιχώρην id, quod unius est proprium, alteri subiecto essentialiter distincto, realiter confertur sine vel multiplicatione, aut transfusione, ad communem possessionem, usurpationem, & denominationem.

§. 9. In humanam denique Christi naturam irreligiousus irruit, Heerborde, illiq; omnem potentiam, cūm sit creatura, adeoq; finita, destrahis, clarissimumque dictum Matth. XXVIII. 25. exceptionibus non nullis obtusare, & obtenebrare allaboras: & primō quidem, aliud esse εἰχοτας, aliud δύναμις, aliud potestatem, aliud potentiam dicas; de priori loqui locum. (2) Dicere Christum: Mihi, non meæ Naturæ, Humanæ, sed mihi Θεοῦ δύναμις. (3) Christo datam esse omnem potestatem, ut in ipso manifestaretur singulari modō omnipotentia Dei. Verum, Adriane, si rationi tua hoc esset παρεγίδοξον, vestigiis Cartesii tui insisterem debuisses, qui auream hanc regulam in principio §. 76. citante Christophorō Wittichio in Theol. suā pacificā c. IV. p. 29. appositè posuit; prater cetera, inquit, memorie nostræ pro summa regulâ est insigendum, ea, qua nobis à Deo revelata sunt, ut omnium verissima esse credenda; Et quamvis forte lumē rationis, quam maximè clarū & evidens (quod tamen in hōc ipso exemplo non est,) aliud quid nobis suggerere videretur, soli tamen autoritati divinae potius, quam proprio nostro iudicio fidem esse adhibendam. Cartesium non audis? Te ipsum in refutatis à te Doctoribus, Lombardo, Aquinate, Scotio &c. audi & intuere, ubi Volum II. select. disp. 10. p. 218. 219. ita: Theologia instar Saræ est, Philosophia Hagar. illa Regina, hæc pedissequa. Itaq; invertunt ordinem, Lombardus, Aquinas, Scotus, (ne te excludas Heerborde, mutato nomine, de te fabula narratur) & omnes de grege illo scholastici, quā veteres, quā recentiores, dum articulos fidei probaturi, quæstiones Theologicas decisuri rationes Philosophicas atque autoritates Aristotelis præmittuntur, verbo Dei & autoritati divinæ, atque ita Dominum Aristotelem sequitur non passibus æquis Dominus Israel. 2. Quomodo salvam unionem reddes, nisi adhuc communicatio, communicatio np. omnipotentia, omnis præsentia &c. Cum igitur unio realis, propriæ dicta, seu talis, qualis occurrit in exemplo CHRISTI, sic causa communicationis imo omnis unio sit propter communionem, fatente sociò tuò Job. Henrico Bisperfeldio Schol. Abbens. Theol. & Phil. Profess. in Philosophia prime seminario, quod

quod tamen in dedicatione illi-libro prafixa, summe laudas, nonne ipsi
λόγον à carne diruis, & Nestorianismū eo ipso propugnas? vid. nostrum
Grauerum. Pol. sacr. c. ii. p. 103. 104. 3. Licet alias ἔργα των κατ' θύματα differre
sciamus; sensu tamen biblico, præsertim in hoc loco, ἔργα των θύματα in-
fert, notantib. Theologis cùm non nudè ponatur ἔργα των, sed πάντα ἔργα των.
4. Resp. esse depravationem insignem, & πάνταν ψεῦδον Calviniano-
rum, dum in personā, ceu in equō Trojanō suum virus tegunt, & quod
de unā naturā dici deberet, in personam rejiciunt. 5. Tò dare competit
divinæ recipere humanæ Nat. Jam verò h̄c dicitur, quod data sit poten-
tia, cuinam ergo? sanè humanæ, cum divinæ nihil dari possit, quæ est ex-
cellentissima, & nec meliorari, nec exaltari potest. 6. Non dicitur per me
manifestabitur, sed data est potentia. Plura possent adduci, quæ locum
hunc defendent, sed crebra apud nostros Theologos responsiones pas-
sim leguntur. Vide interim Mentz. T. 6. G. D. 18. & Disp. 15. ubi fratres
duos Martinum, & Jacobum ad Portum solidissimè refutavit.

§. 10. Ex quibus jam clatum est, quid de Christo nostro adversarii
nostrī judicent, cùm in ipsâ Philosophiâ, non solum nullas proprietates in
humanis communicari posse dicant, sed ipsa etiam Idiomata divina in-
communicabilia profiteantur. vid Paul. Voët. Gisb. F. Phil. pr. Reform. c. XXI.
p. 509. Licet enim multi, inter quos, qui adhuc in vivis est, Job Ludovicus
Fabricius, Profess. Heidelbergensis, rejecta verbali, pro reali communi-
catione facta carni humanae pugnant, ludunt tamen, & quod unā manu,
& in principiō posuerunt, alterā manu deserpunt, ut sat dignoscere pos-
simus in fine, cujus toni sit Calviniana illa fistula dudum cantata. Vid.
Fabric. Meditat. de Person. Christi p. 89. Antiqua enim illa Zwingliana
ἀποίωσις nunquam apud ipsos emortua fuit, sed pressis eam manibus
hodiè retinent, humanæque Christi naturæ non majorem honorem re-
linquent, quam Doctor iste cuidam, quæ, revera doctrinæ earens, titulum
tamen illius doctrinæ gerit. Quid multis consequentiis utor? Henricus
Dies in Theol. suâ expressè verbalem communicationem propugnat; no-
sterque etiam Heer bordus Instit. Log. I. i. c. 19. & I. i. c. 13. ubi distinctionem
fecerat inter adjuncta absoluta & limitata, adserit, doctrinam illam, quod
creatura possit esse ubique, & propositionem illam; Humana Natura est
ubique, temerarium aliquem esse errorem, & rejiciendum. Valete
igitur Reformati, vestram vobis Doctrinam propriam refer-
vate, nihil vobiscum nobis commune erit.

Ad Clarissimum DN. PRÆSIDEM

&

Præstantissimum DN. RESPONDENTEM,

publicè disputantes

de Communicabilitate Proprietatis.



Vobis verè proprium, num se communicet, utrum

Separet? hæc vestræ symbola mentis habet.

Sicut actus erit: sed sola Potentia; Numen

Aut proprio caret, aut, non merus actus erit.

Si commune, ruit proprium. Si separaret alter,

Naturæ, quæ sunt, nomina prima, ruunt.

Abstrahit ut proprium Sophus, & sine nomine tali-

Definit, tamen haut separat illa Sophus.

Unius ut proprium naturæ constet in orbe

Unitæ tamen hæc dat sua dona Phœsi.

Hæc ardens rubis hoc in plenâ Numine carne

Signavit, parvâ natus in urbe Deus.

Grande fæcius Dóminus proprium, sublimius astris

Transcendit doctas jure categorias

Et cunctum Sophia lumen ratione Magistra

Quâ solâ Duce fas signa clemare poli.

Vos rectâ fervens, vos dueit ad æthera virtus

Certa fides cœli judiciumq[ue] soli.

Nomina non spondent quicquam vulgare: sed ultra

Quâm capit ex facili lecta corona jugo.

Quis MICHAELIS sub nomine spernat alumnus

Quos cupit Angelicos letus adire choros!

Ornarunt HILARI, minus haut GAUDENTIUS orbem

Tu non successor (a) Devotionis eris.

Et tua, qui PETRÆ debes cognomina, Varno

Præstas Theologi publica signa PETRI.

Præcipue cœlo geminis eniteris alis

Doctrina minor haut quâm pietate Sophus.

Sit felix! certet vestris conatibus æther

Et palmas vobis neßtat in orbe novas!

AUGUSTUS VARENIUS, h. t. Acad. Rost. Rector.

(a) prater Hilarios Petri avorum & Arelatensem Episcopos seculo IV. memoratur quoq[ue] Hilarius Diaconus Romanus Luciferianus, Hieronymo appellatus Deucalion orbis.

Propria Natura theſibus deſcribiſ acutis,
Mi FREUDI, & monſtrat ſigna utriuſque probet.
Hac tenuis in Latio ſpatiatus trinitate recto,
Et Grajic Muſis noſtior eſſe capis.
Plus uerna graderis, diſquiris ſcita Sophorum,
Hinc Tibi dulceſet pagina ſacra magis.
Macte ſacris porro conjungle reſcripta profana,
Uerique festinant ſerta parare Tibi.
Hifce Eximio, pio, ac Eruditio, optimi patris unico, & magnæ
expectationis congeneri filio, bono omni, applaudere
voluit.

Christianus Woldenbergius, Crempâ-Hol-

Sat: Phil. J. U. D. Decretal. P. P. Ducal, Conſift.
Aſſessor & Com. Palat. Cæſareus.

UT proprium, FREUDI, fiat commune, docebis.
Communis propriam Tibi laudem fama loquetur.

Ita raptim à doſtrina & modeſtia oppidò commendabili,
Dn. Freudio, Amico ſuo pl. dilecto gratulatur

Severinus Waltherus Schlüter.

GAudeat equis juvēnum fervor & triumphet;
Te hederæ doctarum frontium letum faciunt,
ERUDITE FREUDI,

Cui una voluptaſ eſt, ſeveriores ſalutare Muſas,
Triftiſſimamq; noctem cereis exbilanare, & labore latiſſimo.
Proſcribit illud gaudium, quod mundus praſcribit,
Non ignarus, orbem, dum latetur, flere incipere,

Et ardentifſſimum felicitatis ſolem
Tenebras, arſurag; fulgura contristati;
Hinc ob id potius in ſinu gaudes,
Quod ſinus Abrahæ, & beatns Michaël

Suum Michaëlem ſit recepturus.

Gendio

Gaudeo proinde mihi, & plundo,
Tali receptio amicō,
Cui me ipsum communico,
Omnia enim Amicorum sunt communia;
Gratulor etiam Tibi,
Qui ex PROPRIO communem,
Atq; ex COMMUNI propriam
Laudem mereberis.
Imò mereris; stant letæ studiorum segetes
Nulli hīc pænitendi & lacrimandi fructūs,
Quos sudor tuus eruditus procreavit.
Sed si to gradum, ne in Modestiam peccem,
Propriam virtutem tuam,
Quæ tamen tantò altius, quanto profundius
Se ipsam deprimet, extolletur.

l. ms.
scrib.

M. JOH. WILH. PETERSEN, Lub.

INGENIO multos, plures VIRTUTE, LABORE

I Plerosq; exuperas: Cetera fama feret.

Eruditissimo Dn. Freudio, Amico & Faurori colendo,
etsi plura deberem, paucis hisce faustos
successus appreco

D. K.

S Ic tu, mi FREUDI, proprium commune probabis:
S Heerbordus contrā proprium commune negabit.
Communem sensum sed tu defende pitorum
Constanter: proprius labor hic tibi proderit olim,
Propria cùm cedet communis Regia cœli.

Amico suo veteri ac certo hos versiculos, mutui
amoris testes, scribeb. lmq;

Gabriel Hinze/Philos.
& Theol, Stud.

(o)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730583023/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730583023/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn730583023/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730583023/phys_0020)

DFG


Propria Natura thesibus de
 Mi FREUDI, & mo
 Hactenus in Latio p̄fatiatus in
 Et Grajia Musis notior
 Plus ultra graderis, disquiris sc
 Hinc Tibi dulceset pagin
 Matre sacris porro conjungere se
 Utrique festinant seria p
 Hisce Eximio, pio,
 expectationis
 voluit,

Christianus Wol
 sat: Phil. J
 Assessor &

Ut proprium, FREUD
 Communis propriam
 In amptim à d
 Dn. F

Sever

GAudeat equis juvenum f
 Te hederae doctari
 ERUDITE
 Cui una voluptas est, sev
 Tristissimamq; noctem cereis exhib
 Proscriptis illud gaudium
 Non ignarus, orbem, dum lat
 Et ardentissimum felicitate
 Tenebras, arsurag; fulgura con
 Hinc ob id potius in sinu gaudie
 Quod sinus Abrahæ, &
 Suum Michaëlem sit



usque probe.

optimi patris unico, & magnæ
lo, bono omne; applaudere

Ius, Crempâ-Hol-
 tal. P. P. Ducal, Confist.
 Cæsareus.

une, docebis.
 fama loquetur.
 sia oppidò commendabili,
 eo pl. dilecto gratulatur

altherus Schlüter.

phet;
 etum faciunt,

Musas,
 re latissimo.
 us prescribit,
 pere,

Gaudie